



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XIII. V. Confessio facia quide[m] Sacerdoti, sed non aduertenti ad peccata
confitentis, valida sit, & iteranda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput IIII. De Confessionis

indoctus fuerit Confessarius. Confessio enim rata erit, neq; iteranda.

Vna tamen hinc obseruanda venit cautio; nimirum, cum poenitens aduertit Confessarium non intelligere peccatorum diuersitatem, vt eum instruat de peccati grauitate, seipsum accusans, quod huius aut illius generis peccatum lethale commiserit. Quare, si quis ita confiteatur: hominem occidi, & recte; ed, quod is prior meum interemerit patrem. Huius vana est Confessio, propterea quod Confessarium mittat in errorem.

Si verò tam poenitens, quam Confessor iuxta ignorēt peccatorum eorum discrimina, quæ communiter ignorantur, talis ignorantia non impedit. Nulli enim contingit inter omnia peccata scire de quolibet, an sit mortale, vel non.

Si autem ignorantia sit magna eorumq; criminū, quæ à paucis ignorantur, (vt quod iuramentum falsum, vel quod vindicare se de iniuria accepta non sint peccata) crediderim profectò, quod teneretur iterare Confessionem: Quia cum Confessarius non intelligit peccata illius; sanè neque ille confiteri censetur. Nam quomodo imponet poenitentiam, aut quomodo absoluet eum, cuius peccatorū grauitatē discernere nequit?

Quæstio
XIII.

*Estne Confessio facta Sacerdoti quidē,
sed non aduertenti ad peccata confitentis, valida, vel iteranda?*

Sine

Sine dubio ex quacunque causa non aduertat peccata poenitentis, est Confessio iteranda. Sed tamen poenitens potest ignorare inuincibiliter; an Confessor audierit, nec ne, Si tamen constaret aliquo pacto, quod Confessarius, vel non audiuit, vel non intellexit peccata, omnino tenetur iterare Confessionem, eo quod eiusmodi non habeat peccatorum cognitionem, ut de iis aliquam iudicij sententiam ferre queat.

Responsio.

Quando propter defectum poenitentis Confessio informis, inualida, et iteranda est?

*Quaestio
XIIII.*

Quoties confitens ponit obicem ipsi Absolutioni. Id autem contingit tripliciter.

Responsio.

PRIMO, si excommunicatus sciens & prudens confiteatur, petatque à peccatis absolui Sacramentaliter. Tum enim peccat contra interdictum Ecclesiae; quia non videtur se ferre hæc duo; scilicet, quod sit aliquis excommunicatus, & quod durante excommunicatione, se ingerat Sacramentorum participationi. Excommunicatio enim est extra communionem positio, maximè Sacramentorum.

SECUNDO, si deest poenitenti intentio suscipiendi Sacramentum Ecclesie, Confessio, etiamsi fuerit integra, necessariorum debet iterari. Si enim in administrante Sacramentum requiritur intentio: sanè multo maiori ratione ea desideratur in suscipiente.

TER-